a ¶ *In nomine Domini.*] Hoc in cõpilatione Digeſtorũ fuit dictũ non[a] quando leges factę fuerũt: quia pagani erãt: vt *C. de vet. iu. en. l. j.* ſic & aliàs facit *Inſt. in proœ. in pr.*
b ¶ *Perpetui.* id eſt generalis [b].
c ¶ *Auguſti.* Quia[c] ſemper huius propoſiti debet eſſe vt augeat imperiũ, licèt non ſemper augeat. ſic & matrimoniũ indiuidua coniunctio dicitur: tamen diuiditur quãdoque: vt *C. de repud. l. cõſenſu.* Sed propoſitũ[d] cõſideratur: vt *Inſtit. de pat. pot. in pr.*
d ¶ *Enucleati.* per ſimilitudinẽ vocat ius enucleatum, quod nobis eſt traditum in libris Pandectarum. Sicut enim antequam[e] perueniatur ad nucleum interiorem nucis, vnũ amariſſimũ, & aliud durum, & aliud amarum, & quartò ad nucleũ dulcem peruenitur: ita & in multitudine antiquorũ librorũ amaritudines inueniũtur. i. diſcordiæ infinitę. item duritiæ. i. iniquæ ſententiæ, & aliæ nõ ſic iniquæ, in quibuſdã tamen locis quædã latebãt dulcedines. i. æquiſſimæ ſententię, velut lilia inter ſpinas: & illas dulces ſententias Iuſtinianus ex aliis excerpſit, & nobis tradidit legendas: vnde ipſe dicitur tradere ius enucleatũ, ſecũdùm IOAN.
e ¶ *Collecti.* ex his. i. ex eo quod dixit in princ. poteſt colligi quis fuerit author[f], ſiue compilator: quia Iuſtinianus filius Iuſtini*: vt *Inſtit. de donat. §. eſt & aliud.* 2. ¶ Item quę materia. i. omnia vetera iura antiquorum prudentum. 3. ¶ Quæ intentio, id eſt, vt colligas ius enucleatum in vnum volumen. 4. ¶ Vtilitas per ſe patet: quia minori pecunia poterit nunc emi liber iſte: & quia citiùs adipiſci poteſt quàm olim. 5. ¶ Cui parti philoſophiæ ſupponatur: & quidem Ethicæ, quia de moribus tractat hoc volumen, ſicut alia duo volumina.

f ¶ *Iuri.* ſcilicet addiſcendo, vel pertractando [a].
g ¶ *Prius.* quàm [b] noſcat ſubſtantiam iuris per diuiſiones, quæ dicuntur *j̃. eo. §. huius ſtudij.* Nec ob. quod dicitur *s̃. in proœm. §. & primò quidẽ.* ¶ Et quod dicit, *oportet* [c], impropriè[d] dicit. i. decet. ſic *C. de bon. qua lib. l. cùm oportet. in pr. & de rap. vir. l. j. §. oportet enim*, &c. ſic econtra *decet* pro *oportet*: vt *C. de capt. & poſtli. reuer. l. fin.*
h ¶ *Iuſtitia.* Eſt autem ius à iuſtitia, ſicut à matre [e] ſua: ergo priùs fuit iuſtitia quàm ius. Sed contra *j̃. eod. l. iuſtitia, ibi, ius ſuum*, &c. ex quo colligitur quòd ſtatim fuit ius, poſtquã fuit iuſtitia. Sed dic ibi, ius ſuũ, id eſt, hominis meritum. 2. Vel dic, prout in actione & obligatione: bene dico ius à iuſtitia appellari: ſi enim ius eſt ars boni & æqui, vt ſubiicit: & iuſtitia nihil aliud eſt quã ipſa æquitas & bonitas: ergo iuſtitiam habet matrem: & hoc ſubiicit, nam, &c. [f] ſic & obligatio [g] dicitur mater actionis: vt *j̃. de procur. l. licèt. §. ea obligatio.*
i ¶ *Ius eſt ars.* hoc poteſt intelligi tribus [h] modis. 1. Primò, vt dicas definitũ ius in genere. & ſic eſt ars, id eſt ſcientia finita, quæ arctat infinita. nam ars eſt de infinitis finita doctrina, ſecundùm Porphyrium. 2. Secundò dic deſcribi quamlibet ſpeciem iuris, vt prætorium, vel ciuile, vel naturale, vel gentium: & tũc ponetur pro præcepto [i] coarctante. ſed hoc non placet, cùm iſtæ partes iuris nõ ſint artes, ſed artis partes. 3. Vel tertiò, ars, id eſt artificium. nam auctor iuris eſt homo, iuſtitiæ Deus Et quod ſubiicit, boni & æqui, id eſt eius quod eſt æquũ & vtile.

[JN NOMINE † DOMINI[a] AMEN.]

D. NOSTRI SACRATISS.

PRINCIPIS

IVSTINIANI

[† PP. [b] * AVGVSTI[c]]

Iuris enucleati [d] ex omni vetere (iure) collecti.[e]

DIGESTORVM,

ſeu

PANDECTARVM

PARS PRIMA †.

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA, ET IVRE.

TITVLVS I.

Meritò incipit à virtute, quam iuris auctores colũt: & à iure, quod profitẽtur. ¶ *Et eſt* IVSTITIA *conſtantia perpetua voluntatis ius ſuum cuiq; tribuendi, vt liberalitas conſtantia perpetua benignitatis.* ¶ IVS *eſt ſcientia æqui, & iniqui, vel ars. Ars enim eſt eorũ, quæ ſciuntur.* ¶ *Et huius artis, iuriſue partes hoc titulo proponuntur ſummâ. Sed & alia ſignificationes iuris.* CVIACIVS.

1. VLPIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

IVRI [f] operam daturum priùs [g] noſſe oportet vnde nomen iuris deſcendat. Eſt autem à Iuſtitia [h] appellatũ. nam, vt eleganter Celſus definit, Ius eſt ars [i] boni & æqui. 1. ¶ Cuius [k] meritò quis nos ſacerdotes [l] appellet. Iuſtitiam namq; † columus [m], & boni & æqui notitiam † profitemur [n], æquum ab iniquo [o] ſeparantes, licitum ab illicito [p] diſcernẽtes: bonos nõ ſolùm metu pœnarũ [q], verumetiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupiẽtes: veram (niſi fallor [r]) philoſophiam, non ſimulatam adfectantes.

Hîc iuriſcõſultus incipit tractare per modum diuiſionis, & procedit vſque ad l. Iuſtitia. infrà eo. *exem-*

DE IVSTITIA, ET IVRE.

IVri.] hoc prin. vſque ad *§. huius ſtudij*, diuiditur in quinque partes. 1. In prima ponit, quid oportet facere volentem ſtudere in iure. 2. In ſecunda docet vnde ius dictum ſit. 3. In tertia definit ius authoritate Celſi. 4. In quarta ponit quid habeat quis cõſequi ex hoc ſtudio. 5. In quinta ponit vnde ſequatur hic honor. Secunda ibi, *eſt autem.* Tertia ibi, *nam vt eleganter.* Quarta ibi, *cuius meritò.* Quinta & vltima ibi, *iuſtitiam namque.* B. ¶ CASVS vſque ad fi. l. ſic figuratur. Aliqui leges, ſiue iura audire volebant: inde quæſtionem Vlpiano fecerũt quis eſſet modus quo oportet addiſcere. ad quod dicit Vlpian. quod prius eſt neceſſe quòd aliquis ſciat vnde nomen iuris deſcendat. 2. Secundò dicit, vnde appelletur ius. 3. Tertiò dicit, quid ſit ius. Nam nos miniſtri iuris ſeparamus æquum ab iniquo, licitum ab illicito. 4. Item dicit quod ius pluribus modis facit [g] aliquos bonos: vt apertè in litera dicit. 5. ¶ Diuiditur quidẽ ius in duas ſpecies: quia aliud priuatum, aliud publicum. & hæc omnia plenè & apertè exemplificat. 6. Item diuiditur ius priuatũ in tres ſpecies. nam colligitur ex iure naturali, & ex iure gentiũ, & ex iure ciuili: & de his omnibus exempla ponit. Nam ius gentium commune tãtùm hominibus eſt. nam debet erga Deum habere religionem, & obedire patri & patriæ: quę bruta nõ faciunt. Item licet de iure naturali vim vi repellere: cũ omnes ab Adam ortũ habuerimus: & ideo vnus alteri inſidiari non debet. Ponit etiam quòd manumiſſio ab hoc iure proceſſit. nam iure naturali omnes naſcebãtur liberi: ſed iure gentium ſunt hodie tria genera hominum. Item ex iure gentium introducta ſunt bella, & alia multa. VIVIAN.

ff. Vetus.

¶ Et not. quòd aliud [k] eſt bonum, & aliud eſt æquum: vt *hic*: eſt enim quoddam bonum, & æquum: vt *j̃. ſi cert. pet. l. ſi & me. in fin.* eſt bonum & non [l] æquum: vt vſucapio: vt *j̃. de vſucap. l. j. & j̃. de reg. iur. l. iure natura. in fin. tit.* eſt tertium æquum, & non bonum: vt *C. de pact. con. l. hac lege.* eſt etiam æquo æquius: vt *j̃. de furt. l. ſi ſeruus communis. §. quod verò.*
k ¶ *Cuius.* iſtud, *cuius*, ſi referatur ad ius: hæc dictio, *merito* [m], in vim nominis ponetur. (meruit enim ius appellari ſacrum, & ideo iura reddentes ſacerdotes vocantur) ſi ad artem, in vim aduerbij, ſecundùm Azo. ADDITIO. malo referre ad iuſtitiã. CONT.
l ¶ *Sacerdotes.* quia vt ſacerdotes ſacra miniſtrant & conficiunt, ita & nos, cùm leges ſint ſacratiſſimæ: vt *C. de leg. & conſt. l. leges.* & vt ius ſuum cuique tribuit ſacerdos [n] in danda pœnitentia, ſic & nos in iudicando: vt *j̃. eod. l. iuſtitia.*
m ¶ *Colimus.* id eſt eius voluntatem ſeruamus, quæ eſt vt ius ſuum cuique tribuatur: vt *j̃. eod. l. iuſtitia. §. j.*
n ¶ *Profitemur.* id eſt docemus.
o ¶ *Ab iniquo.* vt in contractibus [o], ſecundùm Ioannem.
p ¶ *Illicito.* vt in matrimoniis: vt *j̃. de ritu nupt. l. ſemper.*
q ¶ *Metu pœnarum.* metu [p] fit quis bonus: vt in tranſactione iurata: vt *C. de tranſact. l. ſi quis maior.* Item vbique pœna vnius eſt metus multorum: vt *C. ad leg. Iul. rep. l. j.* præmio fit bonus: vt *C. quib. ex cauſ. ſer. pro præmio liber. acci. per totum. & de ſtat. & imagin. l. & virtutum. & de fam. lib. l. j. j̃. ad Silla. l. antepen. §. fin. & in authent. de non alien. §. fin. collat. ij.* vnde verſus:

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

r ¶ *Niſi fallor.* nullo [q] modo fallimur. nam ciuilis ſapientia vera philoſophia dicitur, id eſt amor ſapientiæ: à *philos*, quod eſt amor: & *ſophia*, id eſt, *ſapientia*: vt *j̃. de var. & extraord. cogn. l. j. §. proinde.*

a Hoc eſt non à iuriſcõſultis quorum ex libris cõpoſita.
b Malè eſt enim legendũ, *perpetuò*.
c Similis gloſſ. in conſtitutione, *omnem*, j̃.
† Incluſa deſunt Florẽtiæ.
d Propoſitum conſideramus in nominũ appellationibus.
† Incluſa deſunt Florẽtiæ.
* Hic titulus eſt lib. 2. *Baſilicõn. tit.* 1.
e Hinc Plaut. *Curcul. act.* 1. *qui è nuce nucleum eſſe volt, frangit nucem.*
† τὰ πρῶτα, quatuor libris contenta.
f De Pãdectarum authore, materia, vtilitate, obiecto.
* Intellige per adoptionẽ, quia reuera nepos eius ex ſorore fuit.
g Finis hic eſt iuris.

a Vel etiam docendo.
b Abſurdũ eſt ignoratis principiis ad alia, & alia conſequẽtia trãſire. facit *l. j. j̃. ti.* 1.
c *Oportet* pro *decet*: & *decet* pro *oportet*.
d Vt totã hanc dubitationem diſſoluamus: duplex principiũ ſtatuẽdum eſt. vnde priore ignorato, ſequẽtia principij ſcire poſſumus: v. g. noſſe poſſumus Titium, ignorato eius patre ac matre. Altero verò ignorato, non poſſumus conſequentia noſſe. atq; ita verbũ *oportet*, hic ſumi poteſt propriè.
e Iuſtitia an iuris mater & prior iure?
f Vel dic, Ius in habitu cõſideratum, iuſtitię, vt ita dicatur, coætaneũ. Vt autem ars dicitur collecta ex multis præceptis, ius à iuſtitia eſſe dici poteſt.
† Vt Deam.
† Vt artem.
g Obligatio mater actionis.
h Ius ars dicitur, & quo.
i Ars quid ſit. Hãc interpretationẽ reprehẽdit Corraſ. 2. *Miſcel.* 18. *n.* 1. artis vocabulo hic ſciẽtiã intelligẽs.
k Hic locus reprehẽditur à Ferrando, in *explicat.* 2.
l Salamonius putat nihil bonum eſſe quod nõ ſit æquum: quo nomine reprehenſus à Corraſ. *d. loco, n.* 6. Bonum & æquum genus, ἰνικὸς ſpecies: quæ duo cõfundit Bud.
m nihil intereſt, *merito*, an *meritò* legas. nã & merito iuris ſeu iuſtitiæ ſacerdotes & qui in iuris arte aut iuſtitia verſantur, meritò ſacerdotes, idque probatur ex cultu, profeſſione, & aliis quę ſequũtur. Reprehenditur hic Accurſ. à Bud. ab Antonio Vac.
n *L. illis iras. §. 2. j̃. de off. præſ. l. 2. (. de reſcin. l. in cõ r. j̃. quib. ex cauſ. maior.*
o Idem in incrementis. *l. non eſt. §. dato. j̃. de iureiur.*
p Metu pœnæ, & præmij ſpe boni euadimus.
q *Niſi*, pro nullo modo.

§.*proinde*.licèt pecuniam non abiiciamus : vt ↄ̄.*de vaca.& excu. mu.l.in honoribus.§.philoſophis.* & facit *C.de dedit. li.tollen.*§.j. & *C.plus valere quod agitur.per totum.*

*pla ponendo.Et diuiditur principaliter in quatuor partes.In prima ponit diuiſionem iuris. In ſecunda aſſignat rationem.In tertia ponit ſubſtantia iuris publici.In quarta proſequitur ſecundum membrũ diuiſionis,videlicet de iure priuato,& illud tripertitũ. Secunda incipit ibi:*ſunt enim quædã. *Tertia ibi:*publicũ. *Quarta ibi:*priuatum. BART.

Diuiſio cum ſubdiuiſione.

2 ¶ Huius ſtudij [a] duæ ſunt poſitiones [b],publicum & priuatum. Publicum [c] ius eſt , quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat: priuatum , quod ad ſingulorũ [d] vtilitatem. Sunt enim quædam publicè vtilia , quædam priuatim.Publicum ius in ſacris [e], in ſacerdotibus , in magiſtratibus conſiſtit. Priuatum ius tripertitum [f] eſt : collectum etenim eſt ex naturalibus præceptis [g] , aut gentium [h], aut ciuilibus.

De iure naturali.

3 ¶ Ius naturale eſt quod [i] natura omnia animalia docuit. Nã ius iſtud non humani generis proprium : ſed omnium animalium [k],quæ in terra,quę in mari naſcuntur, auium quoq; cómune eſt. Hinc deſcẽdit maris atq;

a ¶ *Huius ſtudij*.id eſt iuris [a] ſtudio quærendi,duæ ſunt [b] ſpecies prout dialectici ponunt ſpeciem [c]:non prout legiſtæ:qua [d] poſita ponitur & genus:ſed nõ conuertitur ſecundùm *Ioan.& P.* 2.Licèt quidam dicant Plat. intellexiſſe quòd ſpecies ſiue poſitiones dicerẽtur res ſuper [e] quibus ius tractat:& iam conſtaret ſpecies eſſe infinitas, cùm ſuper multis tractet hoc ius , & ſuper ſeruis & liberis. vnde reprehendunt eum. & facit ad hunc §.*Inſt.de iuſtitia & iure.§.huius.*

b ¶ *Poſitiones*. id eſt [f], diuiſiones.

c ¶ *Publicum*. ad ſtatũ conſeruandũ,ne pereat. ¶ Sed cum publicũ ius ſit in ſacris , & ſimilibus, & hoc etiã in qualibet villa fiat, qualiter pertinet ad ſtatum rei Romanæ tantùm ? dic quòd villam [g] quamlibet conſeruari,& ibi talia fieri, pertinet ad ciuitatem Romanã : cùm non eſſet perfecta , niſi ex ſuis partibus conſtaret:vt ↄ̄.*tit*.j.*l*.j.nec placet quòd dicas publici appellationem ad alia loca referri, quàm Romanę ciuitatis [h]:vt ↄ̄.*de ver.ſig.l.eũ qui vectigal.*

d ¶ *Ad ſingulorum*.ſcilicet principaliter [i],ſecundariò , ad publicam vtilitatẽ. expedit enim reipubl. ne quis re ſua malè vtatur:vt *Inſtit.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.§.pen.* & ↄ̄.*de procur.l.ſeruum.§.publicè*.ſic & econtra,quod eſt publicum principaliter , ſecundariò [k] pertinet ad vtilitatem ſingulorum:vt *l.j.in fin.C.de caduc. toll.*

e ¶ *In ſacris*. conſiſtit ius publicum in ſacris [l](vt ſunt Eccleſiæ, in quibus petimus veniam peccatorum : vt *in auth. vt lic.matri & auię.§.quia verò.col.viij*.ita & ſi læſæ fuerint,quilibet [m] poteſt vti interdictis:vt ↄ̄.*de interd.l.j.ij.& iij.& l.interdictorum.§.interdicta.*)2.Item in ſacerdotibus;(quia intereſt vt ſint ſacerdotes, à quibus veniam petamus peccatorum:vt *C.de ſum.tri.& fid.cath. l.inter claras.* & propter iniuriam eis factam quilibet agit:vt *C. de epiſc.& cler.l.ſi quis in hoc.*) 3.Item in magiſtratibus,quia intereſt vt ſint magiſtratus.parum enim prodeſſet iura eſſe in ciuitate,niſi ſint homines, qui iura reddere poſſint : vt ↄ̄.*tit*.j.*l.ij.§.poſt originem.* 4.Conſiſtit & in aliis:vt ↄ̄.*ad leg.Iul.ma.l.pen.& ↄ̄. ſol.matr.l.j.& Inſtit.de rer diu.§.cùm in ſuo.* ¶ Patet ergo quod tit. [n] *de ſacroſanct.eccleſ.* vel *de epiſc. & cler.* vbicunque ſunt,& ſimiles,ſunt de iure publico : & idem de iure fiſcali , vbicunque ſit:& idem de officio magiſtratuum:vt *C.de offic.per omnes tit.& de iuriſdict.omn.iud.*& in aliis ſimilibus iuribus ff.& C.

f ¶ *Tripertitum*. ſpecialiùs ideo ponit;quia plurima de eo tractaturus eſt : idem [o] tamen dico de publico, quod eſt tripertitè collectum ſecundùm Io.& ſunt eadem exempla:vt liceat reipublicæ vim vi propulſare : & vt cum iniuria eius alter non locupletetur:item & circa vſucapiones.

g ¶ *Naturalibus præceptis*.A naturali iure [p] habet ius priuatum hoc,vt nemo fiat locupletior cum aliena iactura:vt ↄ̄.*de condict. indeb.l.nam hoc.*

h ¶ *Gentium*. à iure gentium hoc , *vt quod quiſque ob tutelam,* &c.vt ↄ̄.*eod.l.vt vim*.à iure ciuili,vt præcepta de vſucap. vt *Inſt. de vſucap.in princ.*quid autem ſit vnumquodque iſtorum, ſubiicit:ſed alio modo ius naturale ibi accipitur,quàm hoc §.

i ¶ *Quod natura*. id eſt Deus,& ſic nominatiui. 2.Vel dic quòd ſit ablatiui caſus. ¶ Item not.ius naturale [q] quatuor [r] modis dici.Primò,lex Moſaica:vt *Inſtit.de iur.nat.gent.*§.j. 2.Secundò, inſtinctus naturæ:vt *hic*. 3.Tertiò,ius gentium:vt *Inſt.de re.diu. §.ſingulorum.* 4. Quartò,ius prætorium [s]:vt ↄ̄.*de min.l.j.* & facit *Inſtit.de iur.natur.in princ.* 5. Quintò:vt ↄ̄.*eod.l.pen.in princ.* & ſic ſ̄.accipitur proxim.§.& ſic in idem recidit.

k ¶ *Omnium animalium*.fallit [t] ſecundùm quoſdã in vermibus, qui non ex aliis,ſed ex terra gignuntur:idem in cuculo.& dicũt,

a Legendum iuris ſtudij duæ ſunt ſpecies.
b Poſitio pro ſpecie.
c Species alio ſẽſu accipitur à Dialecticis, alio à Iuriſperitis.
d Specie poſita ponitur genus: at non è conuerſo.
e Poſitio pro ſubiecto.
f Poſitio pro diuiſione: aliis conſideratio, vel obiectum.
g Villæ cõſeruatio ad ſtatũ maioris reipublicæ pertinet ſecundario. Proinde arbitri ſtatus , aut in ſtatu reipublicę,arbitrari poſſunt in iis omnibus quæ ſubſunt reipublicæ.
h Imò ſtatus rei Romanæ hic nihil aliud quàm imperiũ Romanum.
i Verba legis, ſtatuti , hominis ſimpliciter prolata , principaliter , non ſecundariò interpretanda.
k Principaliter & ſecundariò referri ad aliquid.
l Ius publicum quemadmodũ in ſacris ſacerdotibus,magiſtratibus, & aliis quibuſdam conſiſtat.
m Eccleſiæ poſſunt à quocunque vindicari & defẽdi.
n Tituli iuris ad ius publicũ qui referendi.
o Ius publicũ, vt priuatũ,tripertitum eſſe putat Io. hic & *l.2.ↄ̄.eo.*Sed id falſũ eſt.Eſt enim ex ſolis ciuilib. præceptis collectũ.
p Quod & gẽtium, & brutis non comune.
q Ius naturale pluribus modis dicitur.
r Forcatulus tamen in *ſua Necromantia dial.17*.Ius naturale triplex conſtituit.cum Deo cõmune: cum feris homini cõmune: & quod cum ipſo genere humano proditum eſt.
s Malè. hoc enim ius ciuile dicitur, nõ naturale , licèt à naturali æquitatem petat. Eundem errorem admittit in ſũma tituli de orig.iur.
t Animalia nõ omnia ex aliis, ſed ex terra etiam quædã naſcuntur.

quòd hîc loquitur in generibus ſingulorum animalium , & non in ſingulis generum.ſic *Inſt.de ſuſpect.tut.*§.j.Sed puto hoc,quod ſic ſit, naturæ eſſe inſtinctum : nec hic dicitur quòd omnia animalia per coitum procreantur,ſed iure naturali regi:quod regimen eſt in eo quòd auis volat:quòd piſcis nãtat:& ſic de aliis.

fœminę coniunctio [l],quam nos matrimoniũ appellamus : hinc liberorũ procreatio , hinc educatio [m].Videmus etenim cætera quoque animalia , feras etiam, iſtius iuris peritia cenſeri.

De iure gentium.

4 ¶ Ius gentium eſt,quo gentes humanæ [n] vtuntur : quod à naturali recedere [o] facilè intellegere licet : quia illud [p] omnibus animalibus,hoc [q] ſolis hominibus inter ſe commune ſit.

Primum exemplum iuriſgentium.

II. POMPONIVS *libro ſingulari Enchiridij.*

VEluti erga Deum religio [r], vt parentibus [ſ] & patriæ [t] pareamus.

Secundum exemplum iuriſgentiũ.

III. FLORENTINVS *libro primo Inſtitutionum.*

VT vim [u] , atque iniuriam propulſemus. Nam iure [x] hoc euenit,vt quod quiſque ob tutelam † corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur. Et cùm inter nos cognationem [y] quandam natura conſtituerit,conſequens eſt hominem homini inſidiari nefas eſſe.

l ¶ *Coniunctio*.aliàs cõiugatio. i.coniunctio & conſenſus animorum [a], quæ ſola [b], ſcilicet ſine concubitu, facit matrimonium : vt ſubiicit,& ↄ̄.*de reg.iur.l.nuptias.* & hoc eſt verum de licita coniunctione. ¶ Quid de illicita [c],cùm ad hãc eodem modo , quo ad licitã inducamur?quidã dicunt quòd non idem: ſed nos quòd idẽ. Nec ob. quòd illicitũ committitur:quia primus [d] motus iuris natur. eſt impunitus : ſed propter ſequens oblectamẽtum cõtrahitur veniale peccatum:propter factum, ſi ſequitur, contrahitur mortale peccatum. in brutis autẽ animalibus non habetur diſcretio: cùm ſine ratione ducãtur. ¶ Item nunquid ergo ipſe actus matrimonij, vel copulæ carnalis , eſt ius naturale? Reſp.nõ:ſed [e] ipſe motꝰ ad actũ, itẽ ad peccatũ iure naturali mouemur: vt in *auth.de reſt. & ea quæ.§.vnum.*[f] *col.iiij.*

m ¶ *Educatio*. eo enim quòd mouetur [g] parẽs ad educationem filij, eſt ius naturale : & ad hoc etiam adſtringitur, niſi filius per ſe ſit ſufficiens:vt *ff.de lib.agn.l.ſi quis à lib.§.ſed ſi filius.*

n ¶ *Humanæ*. & ſolæ. nam & iure nat.vtuntur,ſed non ſolæ.
o ¶ *Recedere*. id eſt differre.
p ¶ *Illud*. ſcilicet naturale.
q ¶ *Hoc*. ſcilicet ius gentium.
r ¶ VEluti.] *Religio*.Sed [h] nónne hoc de iure publico eſt,cũ ſit ſacrum : vt ſ̄.*eo.l.*j.*§.publicum.* & hic ponitur inter priuata præcepta?Item hę duæ ſpecies,publicum & priuatum,inter ſe differunt:& nulla eſt altera?Reſp.& hoc [i],& illud conſiſtit in tribus:ſed de priuato ideo tantùm dixit, quòd conſiſtit in tribus,quia de eo plura erat dicturus. 2. Vel dic quòd hic de religione tractat,ibi de ſacris ſcilicet domibus:vt ibi diximus. ADDITIO. Fallitur cùm dicit ius publicum,ſicuti & priuatum eſſe tripartitum:nam ius publicum non præcipit religionem in Deũ, cùm ea ſit naturaliter inſita ; ſed de cerimonia , & cultu, atque obſeruatione,& ritu religionis præcipit. CONT.
ſ ¶ *Parentibus*. Not.filium debere patri [k] obedire : vt *in auth. de nupt.§.ſi verò expect.& coll.iiij.*
t ¶ *Et patria*.Pugna [l] pro patria,vt dixit Cato : vt *hic.& C.de aboli.l.fallaciter.& ↄ̄.ad leg.Iul.ma.l.pen.*
u ¶ VT *vim*. ſcilicet iniuſtè [m] illatam ab aliquo priuato: non illatam ab eo,cui ſubditi ſumus:vt ↄ̄.*de iniur.l.iniuriarum.§.j.& ↄ̄.de rei vindic.l.qui reſtituere.in princ.* 2. Item non illatam à priuato iuſtè : vt ↄ̄.*ad leg. Aquil. l.iiij.* 3. ¶ Sed quid ſi à poteſtate,& iniuſtè ? Reſpon.pati [n] debemus,ſecundùm Mar.vt ↄ̄.*de iniur.l.iniuriarum.§.ſi quis.*ſed magiſtratum conueniet vel durante officio,ſi eſt de minoribus:vel eo finito,ſi eſt de maioribus:vt ↄ̄.*de in ius voc.l.ij.& ↄ̄.de iniur.l.nec magiſtratibus. & ↄ̄.de iud.l.pars literarum. & ↄ̄.quod metus cauſ.l.iij.§.ſed vim.* Item & brutis hoc permittitur : vt ↄ̄.*ſi quad.pau. fe.di.l.j.§.cùm arietes.*non tamen dicuntur iniuriam facere,vel pati:vt ↄ̄.*ſi quadru.pau.fe.di.l.j.in princ.*
x ¶ *Nam iure*. ſcilicet fori,non cœli [o]. ¶ Sed quid ſi ob tutelam rerum ſuarum [p]?Reſpond. idem,dummodò cum moderamine [q] : vt *C. vnde vi.l.j.& ↄ̄.de vi & vi arm. l.iij. §. cùm igitur.* ¶ Item quid ſi ob tutelam alterius?Reſp.affectionem [r] conſiderari : vt ↄ̄. *quod met.cauſ.l.iſti quidem.§.fin. & C.mandati.l.cùm ſeruus.* ¶ Et facit ad hoc quòd liceat vim vi repellere : vt ↄ̄.*ad leg.Aquil.l.ſcientiam.§.qui cùm aliter.& ↄ̄.de vi & vi arm.l.j.§.vim vi.& ↄ̄.quod met.cauſ.l.ſed & partus.§.pen.*
y ¶ *Cognationem*. quia omnes ab Adam proceſſimus.

a Malè matrimoniũ non eſt cõmune brutis : ſed iuris gentiũ,ſi conſenſum:diuini, ſi inſtitutionẽ: ciuilis , ſi formam, verba,& ſtipulationes ſpectamus.
b Cõſenſus ſolus ſine cõcubitu facit matrimonium.
c Illicitam cõiunctionẽ tribuit hic Accurſ.iuri naturæ, falsò : niſi fortè corruptę tribuat.
d Primi motus an impuniti: adde *glo.1.cap.penſandum. diſtinct.6.*
e Actus & motus ad actum, differunt.
f Vide potiùs *§.ſi verò Nouel. de monac.coll.1.*
g Inſtinctus alendorũ liberorum eſt iuris naturæ : ſed poſtea redactus eſt in neceſſitatem ciuilem.
h Religio an ſit iuris publici, vel priuati.
i Idem gloſſa *l.1.in verbo,tripertitum.ↄ̄.*
k Patri debetur obediẽtia.
l Patriæ parẽdum. At quatenus?vide Albericum hic.
m Vim quã,& à quibus illatam propulſare liceat.
n Ludouicus tamen Carrerius aliud ſentit , etiamſi ſit ſummus magiſtratus, *in pract.crim.§.circa,num.27.*
o Imò & cœli. *Angel.& Caſtr.*
p Vide Carrerium *d. loco.*
q Moderamen inculpatæ tutelæ quid,vide gl. *in l.1.C.vnde vi.* Canoniſtas *in c.ſignificaſti.extr.de homicid.*
r Affectio cõſiderãda in alterius defenſione. Bal.hic. Dec. *conſ.678. & 679.* Corn. *conſ.204.* Vim conſanguineis illatã propulſare nos poſſe hinc colligitur.de quo vide Tiraqu. *de pœn.temperand. cauſa 51.n.66.*

a ¶ *Ma*